UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Summmula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri Raymundi

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

A quo institutus est aduentus [christ]i

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

Visual Library

legi ſiue cātari in anno niſi certis diebꝫ q̄bꝫ talia feſta ſunt appropriata. vt
ſunt iſta officia. Reſurrexi in feſto paſche. Puer natus in die natiuitatis
dñi. Dñs dixit in nocte natiuitatis dñi. Lux fulgebit in gallicantu eiuſ/
dem feſti. Viri galilei in feſto aſcenſionis. Dñe ne longe in die palmaruꝫ
Suſcepimus deus. in die purificatōis. Sed qui legunt iſta officia extra
tēpus deputatū illi plus diligūt pecuniam q̄ iuſticiam ⁊ ſtatuta ecclie.

¶ Quinta doctrina qñ feſtū natiuitatis cadit in ſextā feriā. tūc licitū eſt
comedere carnes ꝓpter ſolēnitatē diei ⁊ gaudia feſti. ergo nullus ſophiſta
debet ꝯtra hoc diſputare. qꝛ ſua ſophiſtria tm̄modo extat apparentia. vt
dr̄ Areſtoteles in p̄mo elenchoꝝ. ꝙ q̄libet ſophiſta dr̄ apparenter ſciētifi/
cus ⁊ nō vere ſciens. ⁊ ḡ nō debet aliq̄s replicare ꝯtra hoc vt tūc comedā/
tur carnes. qꝛ ſanctus ſanctoꝝ imo ſanctiſſimus iubet hoc fieri. Et h̄ nō
fit gratia gule. ſed qꝛ deus hominē in ſexta feria creauit. ⁊ eodem die ip̄m
hominē redemit. videlicet in bona ſexta feria. ⁊ ergo quando feſtū natiui/
tatis domini noſtri ieſu chriſti in ſexta feria venerit. illa libertas p̄erogati
ue hominibꝫ confertur

☞ Notādū p̄mo ꝑ modū dubij. a quo ſit inſtitutus aduentus chriſti.
Rñdeť ꝙ a beato petro papa. Sed qñ quæriť. ſub quot ſeptimanis. Re
ſpondeť ſub quattuor. Sed qñ queriť. quare ſub quattuor ſeptimanis
Reſpondeť ad deſignādū quadruplicē aduentū dñi noſtri ieſu chriſti Pri
mus aduētus eſt in carne. ⁊ de illo legiť in euāgelio Johis. vbi dr̄ Oſan
na filio dauid. Scđs aduentus eſt in mente. vnde in euāgelio Johis le
gitur. Ad dominū veniem⁹ ⁊ māſionē apud eum faciemus. Tercius ad/
uentus eſt in morte cuiuſlibet hoīs. de quo legitur in euāgelio Mathei.
vbi dr̄. Si ſciret paterfamilias qua hora fur venturus eſſet vigilaret vti
qꝫ ⁊ nō ſineret domū ſuā ꝑfodi. Quartus aduēt⁹ eſt ad iudiciū vniuerſa
le. de quo cantat ſancta mater eccleſia. Ecce dñs veniet ⁊ om̄es ſancti eius
cū eo. ⁊ erit in die illa lux magna. ſcꝫ iuſtis.

☞ Scđo notādū ꝑ modū dubij. quare in aduētu dñi nō cantať Te de
um. nec Gloria in excelſis Reſpōdetur ꝙ gloria in excelſis nō caniť. ideo
ad deſignādū ꝙ iſte hymnus angelicus p̄mo fuit cantatus in nocte nati
uitatis chriſti. ⁊ ideo omittitur vſqꝫ ad diem natiuitatis. vt tūc eo deuo/
tius ⁊ ſolēnius canteť. Sed te deum ideo omittitur. qꝛ ſolum vtimur eo
ad p̄ſentes. ſed in aduentu domini expectamus ieſum chriſtū aduenientē
Sed quare nō cantatur in ſeptuageſima ⁊ quadrageſima. Reſpondeť.
ꝙ in iſtis feſtiuitatibꝫ fit memoria penitētie ⁊ paſſionis dñi. ⁊ ſic tūc obti/
centur om̄ia cantica leticie. ſed illa p̄fata ſunt cantica leticie. ideo ſancta
eccleſia omittit talia cantica letitie.

☞ Vltimo notandū. ꝙ de vltima doctrina dr̄ Guilbertus. ꝙ dñs in fi/
ne anni naſci voluit vt oſtenderet in vltima etate mūdi ſe venturū. In ſe
xta em̄ feria hominē plaſmauit. ꝑdidit ⁊ liberauit. ideo p̄rogatiua libertas
huic diei ꝯceſſa eſt. vt ſi feſtum natiuitatis ceciderit in ſextam feriam car/
nibus vtamur. ſi tamen ex voto ferijs ſextis ⁊ ſabbatinis carnes vitares
tūc etiam tali die vitare deberes. Sed ſi aliquis ſine voto in contemptuꝫ
huius feſti hoc omitteret mortaliter peccaret. qꝛ formam eccleſie infringe
ret. Alia aūt dubia nota ſunt ex ſe.